SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

ANNALES REGNI FRANCORUM ET ANNALES Q. D. EINHARDI.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1895.

Digitalizzato da Google

gaudus[d] occisus est, et supradictus domnus[e] Carolus rex
Apr. 14. ad[f] Tarvisium[g·1] civitatem pascha celebravit[h], et captas civitates[i] Foroiulem[k·2], Tarvisium[l] cum reliquis civitatibus, quae rebellatae fuerant[m]; et disposuit omnes per Francos et iterum cum prosperitate et victoria reversus est in Franciam[n].

Tunc nuntius[o] veniens, qui[p] dixit Saxones rebellatos[q] et omnes obsides suos dulgtos[r] et sacramenta rupta et Eresburgum[s] castrum per mala ingenia et iniqua placita Francos exinde suadentes exiendo[t]; sic Eresburgum[u] a Francis derelictum, muros et opera destruxerunt[v]. Inde[w] pergentes voluerunt de Sigiburgi[x] similiter facere[y], auxiliante Domino Francis eis viriliter repugnantibus nihil praevaluerunt. [Dum[z] enim per placita eos, qui in*fra ipsum castrum custodes erant, inludere non po- *p. 156.
tuissent, sicut fecerunt alios, qui in alium[a] castellum fuerant, coeperunt[b] pugnas et machinas praeparare, qualiter per virtutem potuissent illum[c] capere; et Deo volente petrarias, quas praeparaverunt, plus illis damnum[d] fecerunt quam illis, qui infra castrum residebant. Cum enim vidissent, quod eis non proficeret, praeparaverunt etiam clidas[e] ad debellandum per virtutem ipsum castellum. Sed Dei virtus, sicut iustum est, superavit illorum virtutem, et quadam die, cum bellum praeparassent adversus christianos, qui in ipso castro residebant, apparuit manifeste gloria Dei supra domum ecclesiae[f], quae est infra ipsum castrum, videntibus multis[g] tam aforis quam etiam et deintus, ex quibus multi manent usque adhuc; et dicunt vidisse instar

A 1. *B* (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.
d) Hruodgaudus *A* 1; rotgaudus *B* 2; rodgald *B* 4; Hrotgaudus *B* 5; rodg. *D* 1; hruodg. *D* 2. e) supr. d. *desunt* *A* 1. *C* 3. *D* 3. f) apud *A* 1. g) tarauisium *B* 4; Tarvvisium *B* 5; taruisum *C* 1. 2; tarauuisium *C* 3. h) caelebr. *C* 1. *D* 1. i) captis cinitate *A* 1. k) Foro Iulii *A* 1. l) Taruisio *A* 1; tarauisium *B* 4; taruuisium *C* 3. m) rebellarant *A* 1; rebellate erant *D* 3. n) frantiam *C* 1. 2. o) nuncius *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. p) *deest* *A* 1. q) rebellare *A* 1; rebellantes *B* 4; rebelles esse *B* 5; rebellasse *D* 1. r) dulgtos et *desunt* *A* 1; tultos *C* 3; dultos *D* 3. s) heresburgh *B* 2; heresburgum *B* 4. *C* 3; Eresburg *B* 5; aeresburgum *C* 1. *D* 1. 3. t) suadendo exire ab ipsis Francis *A* 1; suadentibus exinde exire francos *C* 3. u) aeresburgum *C* 1. 2. *D* 1. 3; heresburgo *C* 3. v) destruxerunt. Dum — seruos suos. et pergentes — praeualuerunt *B* 4; *similiter* *B* 2. w) inde. Dum — seruos suos pergentes. Voluerunt — praeualuerunt *D*. x) de Sigiburgo *A* 1; desuburgh *B* 2; Segeburg *B* 5; desiburgi *C* 1. 2; de sygiburgi castello *C* 3. y) facere. Dum — seruos suos. auxiliante — praeualuerunt *C*. z) Dum — seruos suos *desunt* *A* 1. *B* 5. *D* 2; *additamentum hoc videtur fuisse ab ipso auctore margini appositum; quod huc pertinere apparet, etsi in nullo codice ad hunc locum refertur.* a) sicut alios iam seduxerant *C* 3; aliud *D* 1; in alio castello *D* 3. b) cęperunt *C* 3. *D* 3. c) illam *C*; illud *D*. d) damnum — illis *desunt* *B* 4; dampnum *C* 3; danni *D* 3. e) clydas *C* 3. f) aeccl. *B* 4. *C* 3; supra basilicam *D* 3. g) cunctis *C* 2; illis *D* 1.

1) *Treviso.* 2) *Forum Iulii, Friaul, nunc Cividale del Friuli.*

Digitalizzato da Google

odgaudoque[g], qui regnum adfectabat[h], interfecto, civitatibus quoque, quae ad eum defecerant, sine dilatione receptis et in eis Francorum comitibus constitutis eadem, qua venerat, velocitate reversus est.

Cui vix Alpes transgresso occurrerunt, qui[i] nuntiarent, Eresburgum[k] castrum a Saxonibus expugnatum ac praesidium Francorum, quod in eo posuerat, expulsum; Sigiburgum aliud castellum oppugnatum quidem, sed non captum, eo quod hi[l], qui in eo causa praesidii fuerant
*p. 157. constituti, facta eruptione *incautos atque obpugnationi

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
g) hyuodg. 3; ruotg. 6; ruodg. 7. h) affect. 3. 6. 7. i) ei qui 6. 7. k) aeresb. 1. 2; eresburg 8. l) hii 1. 2. 3. 7.

1) *Ann. Fuld. (= Sith.)* 776: In Saxonia Eresburgum castrum Saxonibus redditum, Sigiburgum ab eis (a Saxonibus *Sith.)* obsessum, sed non expugnatum.

Digitalizzato da Google

duorum scutorum colore rubeo flammantes et agitantes supra ipsam ecclesiam[h]. Et cum hoc signum vidissent pagani, qui aforis erant, statim confusi sunt et magno timore perterriti coeperunt[i] fugere ad castra, et omnis multitudo eorum in pavore concussi fugam[k] arrepti[l] alii ab aliis se ab[m] invicem interficiebant. Qui enim retro propter pavorem aliquam[n] respiciebant, infigebant[o] se lanceis eorum, qui ante illos fugiebant[p] et in humeris portabant, et alii diversis ictibus inter se sunt perpessi[q] et divina ultione iudicati. Et quantum super eos Dei virtus propter salutem christianorum operata est, nullus narrare potest; attamen quantum illi plus pavore perterriti fuerunt, tanto magis christiani confortati omnipotentem Deum laudaverunt, qui dignatus est suam[r] manifestare potentiam super servos suos.] Et inde fugam arripientes Saxones, persecuti sunt eos Franci interficientes illos usque ad flumen Lippiam[s·1], castro salvato; et cum victoria reversi sunt Franci.

Et cum pervenisset domnus Carolus[t] rex Wormatiam[u], et omnes istas causas audiens, coniunxit synodum[v] ad eandem civitatem. Et ibi placitum publicum[w] tenens, et consilio[x] facto cum Dei adiutorio sub celeritate[y] et nimia festinatione Saxonum caesas[z] seu firmitates subito introivit. Et Saxones perterriti omnes ad locum, ubi Lippia consurgit[2], venientes ex omni parte et reddiderunt patriam per wadium[a] omnes manibus eorum et spoponderunt se esse christianos et sub dicione[b] domni Caroli[c] regis et[d] Francorum subdiderunt. Et[e] tunc domnus[f] Carolus[c] rex una[g] cum Francis reaedificavit Eresburgum[h]
A. Laur. castrum denuo[e] et alium[i] castrum[3] super Lippiam, ibique venientes Saxones una cum uxoribus et infantibus innumerabilis multitudo baptizati sunt et obsides, quantos iam-

A 1. *B* (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.
h) aeccl. *B* 4. *C* 3. *D* 3. i) ceperunt *C* 3; cęperunt *D* 3. k) fuga *C* 1. 2. *D* 1. l) arripientes *C* 3; arepti *D* 3. m) *deest C. D* 3. n) aliquem *D* 1; *deest D* 3. o) infiebant *C* 2; infligebant *D* 3. p) fugebant *C* 2. *D* 1. q) percussi *D* 1. r) se *corr.* suam *B* 4; se *C* 1. 2. s) lippa *semper B* 2. t) kar. *etiam B* 4. u) uuarmaciam *B* 4; uuarmatiam *B* 5. *D* 1. v) sinodum *C* 1. *D* 1. 3. w) puplicum *C* 3. *D* 3. x) concilio *A* 1. y) cel. et *desunt D* 3. z) caesas seu *desunt A* 1. a) VVaidium *A* 1; uuadimonium *C* 3; uadium *D* 3. b) ditione *B* 4. *C*. c) kar. *etiam B* 4. d) et fr. *desunt D* 3. e) *deest A* 1. *D* 3. f) d. C. *desunt C* 3. g) una cum *desunt B* 4. h) heresburgh *B* 2; aeresburgum *B* 4. *C* 1. 2. *D* 1. 3; Eresburg *B* 5; heresburgum *C* 3. i) aliud *A* 1. *B* 2. 5. *D* 1.

1) *Lippe.* 2) *Lippspringe.* 3) *Ann. Laureshamenses (Mosellani)* 776: et conversi sunt Saxones ad fidem Christi, et baptizata est eorum multitudo innumera. Et aedificavit civitatem super fluvio Lippiae, que appellatur Karlesburg.

Digitalizzato da Google

817.

DCCCXVII. Legati Abdirahman[a], filii Abulaz regis 816.
Sarracenorum, de Caesaraugusta[b] missi pacis petendae gratia venerunt, et Compendio[c] ab imperatore auditi Aquasgrani[d] eum praecedere iussi sunt. Quo cum pervenisset, legatum Leonis imperatoris de Constantinopoli 817.
pro Dalmatinorum[e] causa missum Niciforum[f] nomine suscepit; quem etiam, quia Cadolah[g], ad quem illorum confinium cura pertinebat, non aderat et tamen brevi venturus putabatur, adventum illius iussit opperiri[h]. Quo veniente ratio inter eum et legatum imperatoris de questionibus, quas idem detulit, habita est; et quia res ad plurimos et Romanos et Sclavos pertinebat neque sine illorum praesentia[i] finiri posse videbatur, illo decernenda differtur, missusque ad hoc cum Cadolane[k] et praedicto legato in Dalmatiam Albgarius[l], Unrochi[m] nepos. Legati etiam Abdirahman[n], cum tribus mensibus *Febr.*
detenti essent et iam de reditu desperare coepissent, remissi sunt.

Filii quoque Godofridi[o] regis Danorum propter assiduam Herioldi infestationem[1] missa ad imperatorem legatione pacem petunt eamque a se servandam pollicentur; sed cum haec simulata magis quam veracia viderentur, velut inania neglecta sunt, et auxilium contra eos Herioldo datum.

Luna Non. Febr. hora noctis secunda defecit, et *Febr.* 5.
cometes in signo Agitatoris[p] apparuit.

Interea Stephanus[q] papa tertio[r], postquam Romam venerat, mense, sed nondum exacto, circiter VIII. Kal. Febr.[2] diem obiit. Cui Paschalis[s] successor electus post *Ian.* 25. *(24.)*
completam sollemniter[t] ordinationem suam et munera *(Ian.* 25.*)*
et excusatoriam imperatori misit epistolam, in qua sibi non solum nolenti, sed etiam plurimum renitenti ponti-

C 1. 2. 3. (4.) *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.

817. a) abdirahamam *D* 1; abdiracman *D* 3; abdirachman *E* 3. b) ces. *D* 3. *E* 3. 6. 7. c) conp. *C* 3. *E* 2. d) aquisgr. *C*. e) dalmaticorum *D* 1. *E* 6; dalmantinorum *D* 3. f) nom. nicif. *E* 6. 7. g) cadolach *C* 1. 2. *E* 3; cadolon *D* 1. h) operiri *C*. *D* 3. *E* 3. 6. i) sine illorum iudicio *(omissis* praesentia — illo*)* *C* 3. k) cadelane *D* 3; cadolone *E* 7. l) abgarius *E* 2. 3; albag. *E* 7. m) unrohci *E* 9. n) abdirahaman *D* 1; abdiracman *D* 3; abdirachman *E* 3. o) godefr. *D* 3. *E* 3. 7. p) sagittarii *C* 3. q) stefanus *E* 1. 9. r) tercio *D* 3. *E* 2. 3. 7; *deest E* 6. s) pascalis *C* 1. t) sollempniter *C* 2. 3. *D* 3. *E* 6. 7; solemniter *E* 1. 3. 9.

1) *Cf. V. Kar.* 17: assidua infestatione vastabant *(D.)*. 2) *Stephanus a. d. IX. Kal. Febr. mortuus, Paschalis postero die consecratus est; cf. Ann. Fuld.* 817, *Jaffé-Wattenbach p.* 318.

Digitalizzato da Google